dominum ex regula *l. nec non 28. §. exemplo*, *iuncta gloſſ. verbo* nacto, *verſ.* Item nota, *ff. ex quibus cau. maio. l. 1. §. is autem*, *verſ.* Nam cui damus, *ff. de ſuperficiebus*, *l. inuitis* 198. *alias* 156. *§. ff. de regul. iuris*, cum adductis à Palac. Rubeo *in cap. per veſtras*, *§. 2. numero primo*, *de donat. inter*; Petro Surdo, qui eleganter exornat, *deciſ.* 177. *à numero decimo tertio*, *& conſ.* 377. *numero* 45. Borgnino Caualcano *deciſ.* 36. *numero* 110. *part.* 3. Ioan. Zangero *de except. part.* 3. *cap.* 13. *numero* 25. nouiſſimè Auguſt. Barboſa, & Simone Vaz Barboſa plures cumulantibus *ad axiomata, & principia iuris*, illo *axiom.* 9. *numero vndecimo & duodecimo & axiom.* 85. *numer.* 1. *&* 2. hoc vero *lit. A, numer.* 19. *&* 20. *& liter. E*, *numero* 16. confert regula Textus *in l. vendicantem* 17. *ff. de euictionibus*, quam pluribus exornant Alphonſus Guzman. *de euiction. quaſt.* 38. *numero* 5. & in propoſito expendit rectè Didacus à Brito *ad rub. de locato*, *§. 4. numero ſecundo*, *poſt princip.* quare abſurdiſſimum eſt dicere, quod * conductor ſecundus nomine domini, quem ſi aduerſus ſe ageret, excludere poſſet, conueniri à primo conductore valeat, arg. Tex. *in l. 1. §. is autem*, *verſ.* Nam cui damus, *ff. de ſuperficiebus*, *l. inuitus* 156. *alias* 198. *§. 1. ff. de reg. iur. cap. qui ad agendum* 72. *eodem titul. in* 6. Ex quibus etiam cauendum eſt à Parladorio, poſt hæc ſcripta viſo, *libro ſecundo rerum quotidianarum cap. fin. 4. part. §. quinto numero duodecimo*, qui idem in effectu, quod Ceuallus, aliud tamen agens, apertè docuit, cuius, & ſequacium ſententiam ſequenti diſſertatione aptius referam, & conuincam.

DISSERTATIO XX.

De eadem materia, ac de locatione ſub hypotheca, vel ſpeciali rei locatæ, vel generali omnium bonorum pro locationis obſeruatione contracta, & obiter de ſingulari ſucceſſore in dominio, vel vſufructu rei locatæ, an & quando eidem locationi ſtare teneatur? ac de clauſulis in inſtrumento apponi ſolitis, an ſi omiſſæ ſint, pro appoſitis habeantur?

SVMMARIA.

1 *Locatio, & conductio vbi contracta eſt, adiecta pignoris conuentione, qui prior de pignore, ſiue hypotheca conuenerit, alteri præferendus eſt, qui primò in corporalem rei locatæ poſſeſſionem inductus fuerit*, & num. 15.

2 *Creditor, cui res pignori obligata tradita non eſt, latè dicitur pigneratitius, & propriè hypothecarius.*

¶ *Actio hypothecaria, latè dicitur pigneratitia, à qua in effectu non differt, & Seruiana quandoque, ac proprius quaſi Seruiana, aut vtilis Seruiana vocatur.* ibidem.

3 *Creditor hypothecarius aduerſùs quemlibet poſſeſſorem exercere poteſt actionem hypothecariam, & ab illo per eam auocare nudam ſaltem rei pigneratæ poſſeſſionem, donec integrè ſibi ſatisfiat.*

¶ *Actio hypothecaria quare realis dicatur?* ibidem.

4 *Actio hypothecaria non aliàs contra tertium rei generatæ poſſeſſorem locum habet, quàm vbi facta fuerit excuſſio in bonis debitoris principalis, & fideiuſſorum eius, antiquo iure correcto, etiam ſi hypotheca ſpecialis fuerit, aduerſùs Antonium Theſaurum.*

5 *Locator, qui pro ſecuritate rei locatæ rem ipſam pignori, ſiue hypothecæ ſupponit, ſi eam alteri locet, & tradat, an ſatisfaciat, intereſſe ſoluendo primo conductori? & latiùs à* numer. 16.

6 *Obligationibus facti regulare eſt, vt in eis ſuccedat obligatio ad intereſſe. Quæ regula abſque dubio procedit, vbi obligatus ad factum, illud minimè præſtare poteſt, ſecus aliàs.*

7 *Succeſſor ſingularis in dominio, vel vſufructu rei non tenetur ſtare locationi anteceſſoris, ſed poteſt pro libito conductorem expellere.*

8 *Tenetur tamen, ſi conductor in ipſo locationis contractu ſibi per hypothecam proſpexit, vel ſpecialem rei locatæ, vel generalem omnium bonorum.*

9 *In præcedenti verò caſu, quo ratione hypothecæ ſtare locationi anteceſſoris tenetur, præcisè ad id non cogitur, ſed ſatisfacit intereſſe ſoluendo conductori, qui donec id ſoluatur, poteſt vti retentione rei locatæ*, & 2. num. ſeqq.

10 *Hypotheca reſoluitur ſolutione, aut ſatisfactione debiti, pro quo contracta eſt.*

11 *Locator, aut vniuerſalis eius ſucceſſor tenetur ad intereſſe conductori, qui à ſingulari ſucceſſore rei locatæ ea vti impeditur.*

12 *Petrus Aug. Morla taxatur, dum ſpecialem exigit hypothecam, vt conductor à ſingulari ſucceſſore expulſus, intereſſe conſequi ab eo poſſit, quaſi generalis non ſufficiat.*

13 *Succeſſor ſingularis in dominio, vel vſufructu rei locatæ, præcisè quandoque cogitur ſtare locationi authoris ſui, nec ſatisfacit ſoluendo intereſſe conductori, nempè ſi res locata ſpecialiter cum clauſula de non alienando, vel de non expellendo conductorem hypothecata fuerit pro contractus obſeruatione, & quando ſecus?*

¶ *Idem ſi cum hypotheca concurrat iuramentum quod per ſe non ſufficeret, remiſſiuè* ibidem.

14 *Generalem hypothecam cum præfata clauſula in relato caſu ſufficere, plerique exiſtimarunt, quorum ſententia refellitur.*

15 *Epilogus præcedentis diſcurſus* à num. 4.

16 *Conductor primus, qui ſibi de hypotheca proſpexit, poteſt per hypothecariam actionem à ſecundo auocare poſſeſſionem rei locatæ, quatenus ſibi ad ea fruendum opus eſt, & quare?* cum num. ſeqq.

17 *Actio hypothecaria abſque præuia excuſſione dirigi poteſt aduerſùs tertium rei detentorem, qui non ſuo, ſed alieno nomine poſſidet, vt depoſitarium, commodatarium, aut conductorem, & quare?*

18 *Executio, quæ virtute publici inſtrumenti competit, peti, ſeu dirigi non poteſt aduerſùs conductorem, vel alios, debitoris nomine poſſidentes & quare? aduerſùs Parlad. & ſequaces.*

19 *Pignus prætorium minimè conſtituitur per inſtrumentum, ex quo executio competit, & quare?*

20 *Niſi in eo adſit obligatio bonorum, & traditio ſaltem ficta per conſtitutum, vel ſimilem actum.*

21 *Clauſula obligationis bonorum, aut ſimilis, à notario inſtrumento apponi omiſſa, cum ſemper apponi conſueuerit, perinde habetur ex recepta Doctorum ſententia, ac ſi appoſita fuiſſet.*

22 *Nonnulla iura pro hac ſententia adferuntur.*

23 *Sententia tamen iſthæc parùm firmitatis habet, frequentiusque exploſa eſt, tam à tribunalibus omnibus, quàm à ſcholis.*

24 *Debitoris bona citra expreſſam conuentionem obligata creditori non ſunt, extra eas cauſas, in quibus à iure tacitè hypotheca contrahitur, & quare?* cum num. ſeq.

25 *Hypotheca vt contrahatur, expreſſa partium conuentio iure deſideratur.*

26 *Notarius, ſeu tabellio iure Regio Hiſpano nihil aliud in inſtrumento apponere poteſt, quam id de quo nominatim à partibus rogatus fuerit.*

27 *Conſuetudo ex aſſidua contrahentium conuentione ſumpta efficere poteſt, vt ſi diſpoſitio ſit ambigua, interpretationem ab eo accipiat, quod fieri conſueuit.*

¶ L. ſi prius 17. §. 1. ff. de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ, & l. vt liberis 17. C. de collat. *explicantur.* ibidem.

28 *Lege conſtitui valet, ad contractus, vel actus naturam id pertinere, quod inter contrahentes paciſci aſſuetum eſt, ac velut tale præſtari actione ex eodem contractu*, & num. ſeq. vbi id explicatur.

29 *Dupla ſtipulatio, & repromiſſio adeò frequens fuit olim in venditionis contractu, vt in conſuetudinem tranſierit, & optimè contra multos interpretata* lex quòd ſi nolit 31. §. quia aſſidua, ff. de ædilitio edicto.

30 *Lege ideò conſtitutum eſt, & conſtitui potuit bonorum obligationem ſimpliciter factam, tam bona præſentia, quàm futura complecti, quoniam id ita inter contrahentes paciſci frequentiſſimum fuit, & interpretata* lex final. C. quæ res pignori obligari poſſunt.

31 *Lege non minus quàm pacto, quod olim fuit frequentiſſimum, effici potuit, quòd ſi creditor, qui duos, vel plures fideiuſſores habet, vnum ex his tantùm conueniat, nec ab eo ſolidum conſequi poſſit, cæteros pro reliquo conuenire valeat, & interpretata* lex fin. verſ. Si enim, C. de fideiuſſoribus, cum num. ſeq.

32 *Pacto quod fit, multò magis lege, vel ſtatuto fieri poteſt, & ſupra* num. 27.

33 *Stylus curiæ vt aliqua in reſcriptis generalibus, vel ſpecialibus clauſulæ apponantur, efficere poteſt, tales clauſulas quaſi naturales & neceſſarias illis eſſe, etſi omiſſa fuerint, pro adiectis haberi.*

¶ Cap. cum M. Ferrarienſi 9. de conſtitut. cap. 2. de reſcript. cap. quod tranſlationem 4. de officio legati, intelliguntur. ibidem.

34 *Stylus curiæ, & iudiciorum ius facit, omninò in eis obſeruandum.*

35 *Notariorum conſuetudo circa aliquot clauſulas apponendas in inſtrumentis contractuum efficere non poteſt, vt ſi illæ reuera non ſint adiectæ, pro adiectis habeantur, niſi ex his ſint, quæ ad naturam contractus pertineant.*

36 *Venditor rem vacuam emptori ex natura contractus tradere tenetur, & euictionem, ac ſimilia præſtare.*

37 *Clauſulæ pertinentes ad accidentalia contractus, ſiue extraneas partium conuentiones, vt hypothecæ, conſtituti, & ſimiles licèt à notarijs ſolitæ ſint apponi, ſi tamen aliquando omittantur, nec de partis, cuia intereſt, voluntate vt illæ apponerentur, appareat, non poſſunt pro appoſitis haberi, & quare?* cum numer. ſeqq.

38 *Facti, quæ ſunt à iure non præſumuntur, nec à iudice ſupplentur.*

39 *Notarius cenſetur rogatus apponere in inſtrumentis clauſulas conſuetas, & quas appoſuit de partium voluntate appoſuiſſe cenſetur.*

40 *Notariorum abuſus in apponendo aliquot clauſulas in inſtrumentis, contrahentibus regulariter non nocet, & quando id procedat?* cum n. ſeq.

41 *Inſtrumentum ſi à notario partibus lectum non ſit, poſſunt illæ iuſtam ignorantiam prætendere clauſularum valde præiudicialium*, ibidem contentarum.

42 *Conductor primus in ſpecie huius, & præcedentis diſſertationis hypothecam nullam habuit.*

43 *Conductor primus, etiam hypothecam habens, imò & in poſſeſſionem rei locatæ inductus, ſi ab ea ceciderit, euenire aliquando poteſt, vt illam auocare nequeat à ſecundo conductore, in eius poſſeſſione conſtituto, vt in caſu hic relato, ac in Granatenſi prætorio deciſo.*

44 *Conductor primus pro certo tempore cum hypotheca bonorum pro contractus obſeruatione, ſi ante illud lapſum à poſſeſſione rei locatæ ceciderit, poteſt aduerſus ſecundum, interim eamdem rem à domino conducentem, & in poſſeſſionem inductum, ratione hypothecæ agere ad rem conductam ſibi reddendam pro ſupplemento reliqui temporis, illo vero tempore lapſo, ad intereſſe tantum contra dominum agere valet.*

45 *Electus ad temporale officium pro certo, ac deſignato tempore, puta pro hoc anno, & facto alicuius iniuſtè impeditus pro eodem tempore integre officio vti non poteſt ceſſante impedimento redintegrationem petere pro tempore præterito, ſed ad intereſſe tantùm agere contra iniuſte impedientem.*

46 *Tempus cum alicui actui taxatum eſt, poteſt actus perfici intra idem tempus, non verò poſt.*

47 *Conductor ad certum tempus ſub hypotheca bonorum locatoris pro contractus obſeruatione, ſi intra illud à poſſeſſione cecidit, & res alij locata eſt ad longiſſimum tempus, vel ad vitam non poteſt aduerſùs illum hypothecaria actione agere ante factam excuſſionem pro intereſſe aduerſùs locatorem.*

48 *Similis caſus in Sabaudiæ Senatu deciſus remiſſiuè refertur.*

APPENDIX PRÆCEDENTIS.

1 SEquens caſus, quo Iaſonis, & ſequacium ſententiæ, de qua in præcedenti diſſertat. latè egimus, locus eſſe poteſt, ille eſt quem in ſpecie ex ſuperius relatis adferunt Antonius Gamma *deciſ.* 130. *numero ſecundo* & Blaſius Flores *in eius additione* verſ. *Addo etiam*, apertius Anton. Faber. *de error. tom.* 4. *decad.* 86. *errore vltim. ad finem*, verſ. *Niſi ponas*, cum videlicet locatio, & conductio (vtor verbis eius) contracta eſt, vt hodie fieri aſſolet, adiecta pignoris conuentione tunc enim volunt nuper relati, & maxime Faber, eum qui prior de pignore, ſiue hypotheca conuenerit, alteri præferendum eſſe, qui primo in corporalem rei locatæ poſſeſſionem inductus fuerit, quique adhuc in ea maneat, non tanquam conductorem, ſed quaſi pignera-
2 titium creditorem, * aut (ſi proprie loqui volumus) hypothecarium; cui ſcilicet propriè hypothecaria competit actio latius dicta pigneratitia (quæ ab illa in effectu non differt, *l. res hypothecæ* 5. §. 1. iuncta gl. *verbo* differt, *& communi ff. de pignorib.* explicant optime Conan. *libro quarto comment. cap.* 13. *numero primo & ſecundo* Neguſantius Fano *de pignorib.* 1. *part. numero* 40. Petr. Nicolaus Mocius *de contract. tit. de pignor. capite primo numero* 10. *&* 11. Odonellus Marcandillus *ad l. aſſiduis*, *numero ſeptimo*, C. *qui potiores in pign. habeantur*, & poſt alios Parlad. *in ſeſquicenturia*, *different.* 57. *numero primo* & Seruiana quandoque, ac proprius, quaſi Seruiana, aut, vtilis Seruiana vocatur, §. *item Seruiana* 7. vbi hæc omnia vltra alios nouiores probat rectè D. Pichard. *à numero* 38. *ad* 44. *incluſiuè inſtitut. de actionib.* & tradiderat iam ante idem D. Pichard. *in* §. *fin. numero quarto*, *inſtit. quib. mod.*
3 *re contrah. oblig.* eamque actionem * aduerſus quemlibet poſſeſſorem creditor exercere poteſt, & ab eo per illam auocare nudam ſaltem rei pigneratæ poſſeſſionem, donec integre ſibi ſatisfiat, ob eamque cauſam talis actio realis quoque dicitur *in l. ſi fundus* 16. §. *in vendicatione*, *l. pignoris* 17. *ff. de pignorib. l. diſtractis* 14. *l. pignoris* 16. *C. eod. tit. l. ſi cum venditor* 66. *in princip. verſ.* Non item in Seruiana, *ff. de euictionibus*, *l. eos* 9. *C. qui potiores in pignore habeantur*, *l.* 18. *tit.* 13. *part.* 5. cum vbique notatis, & optimè ab Alberto Bruno *conſ.* 1. Hieron. Gabr. *conſ.* 8. *numero* 25. *in fin. cum ſeq. & conſ.* 37. *libro primo*, Thoma Grammatic. *deciſ.* 58. *numero ſecundo*, Petr. Nic. Mocio *de contractib. tit. de pignorib. c. quæ actio detur de pignore*, *numero ſexto*, D. Couar. *var. reſol. libro primo*, *cap.* 8. *numero primo*, *& libro tertio*, *cap.* 18. *ſub numero quarto*, *& in practicis quæſtionib. cap.* 19. *numero tertio*, verſ. *Cæterum*, Anton. Fab. *de error. pragmaticorum d. tomo* 4. *decad.* 86. *error.* 9. *&* 10. *per totos*, Donel. *commentar. iur. ciuilis libro nono cap.* 20. *in princip. verſ. Primum illud*, nouiſſimè, & eleganter Emundo Merillio *libro ſecundo*, *obſeruationum cap.* 29. *& libro quarto*, *cap.* 24. adeoque & primus conductor qui ſibi de rei locatæ hypotheca proſpexit, eius poſſeſſionem, cui ſecundus inſiſtit, ab eo auocare ita poterit, vt & ipſe in conductione, præferatur, ob potentius hypothecæ ius.

4. Qui tamen caſus, etſi ab illis abſque difficultate tradatur, non parum certè difficilis eſt ex eo, quod niti videatur contra apertiſſima iuris principia, quibus traditum eſt, huiuſmodi actionem non alias contra tertium pignoris poſſeſſorem habere locum quam facta fuerit excuſſio primo loco in bonis aliis principalis debitoris, ac deinceps interceſſorum eius, ſi quos habuerit, *Auth. de fideiuſſorib.* §. *ſi quis igitur*, *&* §. *ſed neque ad res. collat.* 1. ſiue *nouella* 4. *c.* 1. *&* 2. *Auth. ſed hodie*, *C. de obligat. & actionib. Auth. hoc ſi debitor*, *C. de pignorib. Auth. præſente*, *C. de fideiuſſorib. l.* 9. *tit.* 12. *& l.* 14. *verſ.* E ſi por auentura, *tit.* 13. *p.* 5. iure antiquo correcto quo indiſtinctè creditori licebat pignora à quolibet poſſeſſa perſequi, *l. fin. Cod. de obligat. & act. d. l. diſtractis* 14. *& l. perſecutione* 24. *C. de pignorib.* proſequuntur latè vltra ordinarios *in relatis locis*, & plures relatos à Bernadino Alphano *collectan.* 413. Caſſaneus *ad conſuetudines Burgund. rub.* 11. §. 6. *in princ.* Pet. Nic. Mocius *d. c. quæ actio detur de pignore*, *num.* 16. Roder. Suar. *ad l. poſt rem iudicatam*, *ff. de re iudic. in declar. l. Regni*, *limit. prima*, *numero decimo tertio*, verſ. *Hodie*, D. Couarruuias *variarum reſolutionum libro primo*, *capite* 8. *numer.* 6. *verſ.* Eſt & alia, *poſt princip.* Roland. à Vall. *conſil. ſeptuageſimo nono*, *numer.* 1. 2. *&* 3. *volum.* 1. Antonius Gamma *deciſ.* 99. *numero ſecundo*, verſic. *Secundò requiritur*, Antonius Gabr. *libro tertio*, *commun. concluſ. titul. de fideiuſſorib. concluſ. prima per totam*, Iaſon Mainus *libro ſecundo actionum*, *cap. decimo octauo*, Petrus Gregorius *tertia part. ſyntagmatum*, *libro vigeſimo tertio*, *capite* 10. *numer.* 6. Andreas Gaillius *practicarum obſeruationum libro ſecundo*, *cap. vigeſimo ſeptimo*, *numer.* 7. Gundiſaluus Paz *in praxi* 3. *tom capite* 2. §. 4. *numer.* 35. *&* 36. Parladorius *libro ſecundo rerum quotid. cap. fin.* 4. *part.* §. 7. *numer.* 12. Antonius Theſaur. (qui hanc regulam ita in Senatu intellectam ait, & quidem meritò, vt regulariter procedat, etiam data ſpeciali rei hypotheca, quæ ad tertium poſſeſſorem peruenerit) *deciſ. Pedemont.* 51. *per totam*, maximè *numero quarto*, quidquid ipſe ex *numer. ſequent.* contrarium probare nitatur, rectè taxatus à Fachin. *controuerſiarum iur. libro* 8. *cap.* 105. verſ. *ſed mihi non placet*, Felician. *de cenſib. libro tertio cap.* 4. *numer.* 16. verſ. *Verum Ant. Theſaur.* & præter iam relatos, communem ſententiam vt indubitatam reſoluunt D. Illephonſus Perez de Lara *de anniuerſariis libro primo*, *capite* 8. *ex numer.* 1. D. Chriſtophorus Paz *ad l.* 3. *ſtylo*, *ſcholio* 3. *ſiue ex num.* 21. & D. Pichard. *in d.* §. *item Seruiana num. vlt.*

Nec ad rem facere videtur, quod cum adie-
cta fuerit hypotheca pro obſeruatione con- 5
tractus locationis, non niſi ab ipſa domo hypothecæ ſubnixa ſatisfactionem accipere conductor poſſit, ita ſcilicet, vt poſſeſſore expulſo, in eius poſſeſſionem ipſe mittatur. Hæc etenim euaſio ex eo tollitur, quod cum locator ad factum tantum fuerit obligatus, nempè vt conductorem re locata libere vti ſineret, iuxta tradita *diſſert.* 12. *in vltium. arg. pro definit. Senatus conſiderat.* 2. dum is illud præſtare nequit, ob traditam alteri poſſeſſionem, ſatisfaciet quidem
intereſſe ſoluendo, iuxta vulg. reg. quòd in * 6
obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, *l. ſi quis ab alio* 13. §. 1. *in fin. ff. de re indicata*, *l. ſtipulationes non diuiduntur* 72. *verſ.* Celſus, *ff. de verb. oblig.* cum relatis ab Anton. Gom. qui latè proſequitur, *var. reſol. libro ſecundo*, *cap.* 10. *numero* 21. Surd. *conſ.* 331. *numer.* 21. *lib.* 3. atque

aliis, mox referendis. Quæ regula abſque difficultate procedit, vbi obligatus ad factum, illud minimè præſtare poteſt, cùm alias, ſi ſcilicet tale factum præſtare valeat, valde dubia, & periculoſa ſit, ne dicam planè falſa, cùm præciſè quis ad factum tunc obligetur maximè inſpecto iure noſtro Regio *ex l.* 5. *verſ.* E ſi la ſentencia, *titul.* 27. *part.* 3. *l.* 11. verſ. *E por ende*, vbi Greg. Lop. *gloſſ.* 2. *in fin. l.* 13. *verſ.* E ſi entendiere, *& l.* 35. vbi & notat Greg. Lop. *gloſſ.* 4. *tit.* 14. *part.* 5. quas leges in propoſito rectè expendit Gutier. *de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 39. *numero* 5. ac poſt alios aduerſus Antonium Gom. Did. Per. & Matienç. (quibus, & Parlad. acceſſit *lib.* 1. *rer. quot. cap.* 6. §. 2. *num.* 2.) optime defendit Azeue. *in l.* 2. *per illum quoque Tex. tit.* 16. *lib.* 5. *noua compil. num.* 42. *à* verſ. *Sed difficultas extat*; ſed & ex iure communi, ſic eam regulam doctè, ingenioſè, vt ſolet, declarat amicus noſter, & Granatenſis curiæ collega, D. Melchior à Valencia *illuſtrium iuris tractatuum libro ſecundo*, *tract.* 2. *cap.* 4. *numero* 8. *cum ſeqq. vſque ad fin. capitis*, cui addo Aymonem Grauet. ſic etiam eandem regulam explicantem *conſil.* 12. *numero* 234. quem in propoſito noſtro refert, ac ſequitur Fachin. *controuerſ. iur. libro ſeptimo*, *cap.* 32. *verſ.* Non obſtant argumenta, *ad fin.* eandem item regulam rectè ad ſpeciem noſtram applicat Ioannes Vvameſius *conſ.* 61. *numer.* 2. *verſ.* In reconuentione, *centur.* 3.

7 Quod adeò verum eſt, vt etſi aliàs ſingularis ſucceſſor in dominio, vel vſufructu rei, qui non tenetur ſtare locationi per anteceſſorem factæ, ſed poteſt pro libito conductorem expellere, *l. arbores* 59. *aliàs* 66. §. 1. *verſic.* Sed ad exemplum, *ff. de de vſufruct. l. qui fundum* 32. *aliàs* 35. *verſ.* Quod ſi colonus, *ff. locati*, *l. emptorem* 9. *Cod. eodem titul.* & vbique Doctores cum relatis ab Antonio Gomezio *dict. libro ſecundo*, *var. reſolut. capite tertio*, *numer.* 8. *in fin. & numer.* 9. D. Ludou. Molin. *de Hiſpanor. primogeniis libro primo*, *cap.* 21. *numero ſecundo*, Euerard. Bronchorſt *enantiophanon*, *ſiue quæſt. controuerſar. centur.* 2. *aſſert.* 68. Bartholomæo Scapuccin. qui latiſſimè proſequitur *in integro tractat. de ſucceſſore ſingulari*, *capite primo*, *de emptore*, *cum ſeqq.* Hercule Mareſcoto *var. reſolut. libro primo*, *cap.* 18. *ex numero primo*, quibus conſonat Regia *lex* 19. *tit.*
8 8. *part.* 5. teneatur * nihilominus, ea regula limitata, tali locationi ſtare, ſi conductor in ipſo locationis contractu ſibi per hypothecam, etiam generalem proſpexerit, vt notat Bart. *in l. ſi. ſi filiofam.* 26. §. *vltim. numero ſecundo*, *ff. ſoluto matrim.* ac poſt Romanum, & Imolam, Alex. *in l. qui abſenti* 38. §. *ſi quis poſſeſſionem*, *numero ſexto*, *verſ.* Vbi verò non promiſiſſet, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Angelus *in dict. l. emptorem*, *numero ſecundo*, verſ. *Eadem ergo ratione*, & communis, quam reſoluunt, & probant Hippolytt. Marſil. *ſingul.* 321. Tiraquel. *de retractu conuentionali.* §. 3. *gloſſ. vnic. numero quarto*, Nicol. Euerard. *in locis legalib.* 29. *à feudo ad emphyteuſim*, *numer.* 52. verſ. *Ad idem*, Cardin. Dominicus Tuſchus, *practicar. concluſ. tom.* 2. *litera C*, *concl.* 605. *numero quinto*, Mareſcot. *dict. quæſt.* 18. *numero* 12. 13. *&* 14. & alij mòx referendi; adhuc
9 tamen * particularis ille ſucceſſor *præciſè ad id regulariter non cogetur*, ſed cauſatiuè tantum, ſatisfaciet enim ſoluendo intereſſe conductori, qui interim rei locatæ retentione vti poteſt.
10 Tum * quia huiuſmodi ſolutione generale eſt, hypothecam reſolui, *dict. l. ſi fundus* 16. §. *in venditione*, *verſ.* Si verò poſſideat, *ff. de pignoribus*, *l. mulier* 19. *verſ.* Quæro, *ff. qui potiores in pignore habeantur*, *l. cùm ſecundus* 5. *ff. de diſtract. pignor. l. item liberatur* 6. *in princip. &* §. 1. *l. Paulus* 12. (*alias incipit Sempronius*) §. *qui pignoris. ff. quibus*
mod. pignus, vel hypothec. ſoluitur. Tùm etiam * 11
quia nec ipſe locator, aut vniuerſalis eius ſucceſſor, ad aliud regulariter conductori tenetur, *dict. l. qui fundum*, cum ſimilibus, ex quibus ſic in terminis poſt Bart. *numero ſecundo*, *in dict. l. emptorem*, qui ſic planè ſenſit, docuerunt Salicet. *ibi*, *numero ſexto* verſ. *Et ideò dixi*, Paul. Caſtrenſ. & Alexand. *numero quarto*, *in dict. l. ſi filiofam.* §. *vltim.* vbi nouiſſimè hanc ſententiam contra Cumanum *numero ſeptimo*, Socin. & alios, & veriorem, & receptiorem dicit doctiſſimus Petr. Barboſa *num.* 31. *&* 32. cum Antonio Gomez *dict. numer.* 9. verſ. *Ex quo infertur*, Gregorio Lopez *in dict. l.* 19. *part. gloſſ.* 5. *poſt med.* verſ. *Adde alium caſum*, additione Capellæ Tholoſanæ, D. Couarru. Petr. Dueñas, Antonio Natta, Roland. à Vall. Aluar. Valaſco, Octauiano Cacherano, & Ioſepho Ludou. quos idem vir egregius ſigillatim recenſet quibus addo Neguſantium, eleganter tractantem (quem ipſe Barboſa non ad hoc refert) *de pignoribus primo memb.* 2. *partis ex numero ſexto*, Roderic. Suar. *ad l. poſt rem indicatam*, *ff. de re iudicata*, *in declarat. legis Regni*, *poſt.* 8. *ampliat. in Tex.* ibi, *que las cumplades*, *numer.* 8. verſ. *Vbi verò non promiſiſſet*, Gomezium Legionenſem *in centur. deciſ.* 53. Hieron. à Laurentiis *deciſ. Auenionenſi* 108. *numero ſecundo*, *cum ſeqq.* Petr. Nicol. Mozium *de contractibus titul. de empt. & vendit. cap. de naturalibus emptionis*, *numer.* 37. Dom. Ludouicum Peguera *deciſ. Cataloniæ* 215. *numero tertio*, Petr. Aug. Morla (qui
tamen * minùs aduertenter ad eum quoque ef- 12
fectum conſequendi intereſſe à ſingulari ſucceſſore, ſpecialem exigit hypothecam, quaſi generalis non ſufficiat) *in empor. iuris*, *titul.* 10. *quæſt.* 2. *numero ſeptimo*, Ioannes Gutier. *ad l. nemo poteſt*, *numer.* 44. *ff. de legat.* 1. *& canonicar. quæſt. libro ſecundo*, *c.* 8. *à numer.* 15. *ad* 20. Menchacam *controuerſ. vſufrequent. libro tertio*, 55. *numer.* 8. *&* 9. Michaelem Graſſ. *inter communes opiniones tom.* 1. *libro quarto*, *tit.* 26. *de contrah. empt. numer.* 80. Surd. *dict. conſil.* 331. *à numer.* 18. *maximè à numer.* 23. *volum.* 3. *& deciſ.* 264. *numero quarto*, *& à numer.* 28. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro quinto*, *titul.* 10. *numer.* 18. *&* 19. Franc. Caldas, qui innumeros alios congerit, *de renouatione emphyteutica*, *quæſt.* 12. *ex num.* 18. *maxime numer.* 23. *& de empt & vendit. cap.* 26. *numer.* 10. 34. 35. *&* 36. *& quæſt. forenſ. libro primo*, *quæſt.* 23. *à numer.* 10. *ad* 13. Fachin. *controuerſ. iur. libro primo cap.* 88. (vbi contrariæ ſententiæ fundamentis optimè ſatisfacit) Cancer. *var. reſol. libro primo*, *cap.* 14. *numer.* 24. Bartholom. Scapuccin. *de ſucceſſore ſingulari*, *limitat.* 15. *ex numer.* 3. Philipp. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 15.

Dixi *numero nono præciſè ad id regulariter non* 13
cogetur, vt indicarem aliquando etiam præciſè cogi ſingularem ſucceſſorem ſtare locationi authoris ſui, ita vt conductorem, qui ſibi per hypothecam, à locatore pro contractus obſeruatione factam, proſpexit, expellere nequeat, puta ſi illa fuerit ſpecialis cum clauſula de non alienando, vel de non expellendo conducto-

 rem,

rem , quo caſu emptor , vel alter ſingulari
ſucceſſor rei locatæ , minimè ſatisfaciet , offe-
rendo conductori intereſſe , ſed pro tempore
locationis rem penes illum dimittere debet , vt
pote in locatoris dominio quoad eum effectum,
vt conductor re locata vtatur interim perma-
nentem , ex *regul. ſi creditor 7. §. fin. ff. de diſtract.
pignorat.* iuxta litteram Piſanam , quam & ve-
riorem, & receptiorem eſſe oſtendimus *diſſer-
tat.* 14. *numero quadrageſimo nono* , atque ita in
terminis notarunt ferè omnes proximè relati ,
maximè Imola, & Ludouic. Roman. relati ,
ac recepti ab Alexand. *in dict. leg. qui abſenti
38. §. ſi quis poſſeſſionem , numero ſexto in princip.
ff. de acquir. poſſeſſ.* Rodericus Suarez *in d. l.
poſt rem iudicatam , in declarat. legis Regni , verbo*,
que las cumplades , *numero octauo , in princip.
& circa fin.* verſ. *Igitur , in contractu* , Antonius
Gomez *dict. tomo ſecundo , variar. capite tertio ,
numero nono verſ. 4. limita* , iuncto *capite ſecundo,
numero vigeſimo , verſ.* 4. principaliter , *& ad
l. 40. Tauri numero decimo nono*, verſ. *Tertiò infero*,
D. Couar. *variar. reſolut. libro ſecundo, capite decimo
quinto , numero tertio* , verſ. *Secundum hinc deduci-
tur*, & poſt alios Ioannes Gutierr. *in dict. l. nemo
poteſt numero quadrageſimo tertio, & d. libro ſecundo,
canonicar. quaſt. capite octauo num.* 29. 30. & 51.
Barboſa *in d. l. ſi filiofamilias §. vltim. numero
trigeſimo ſecundo , in fin. cum duobus ſeqq. ff. ſo-
luto matrim.* Surd. *dict. conſ.* 331. *numero vigeſimo
quinto , poſt princip. verſ.* Dummodo nullum ſit
factum pactum , *& circa fin. verſic.* Ad hoc au-
tem, vt venditor , *cum num. ſeqq. & d. deciſ.* 164.
à num. 28. (vbi nominatim loquitur in pacto
de non expellendo conductorem , vt exceptio-
nem conductori paret , ne vllo modo expelli
poſſit , ad quem ſe in propoſito refert Ariſmin.
Tepatus *variar. ſentent. tomo tertio , titul.* 391.
*capite vigeſimo ſexto , ad quæ teneantur venditor , &
emptor* , verſ. *pen. iuxta nouiorem editionem*) Ama-
tor Rodericius *de executione capite quarto num.* 55.
poſt medium , verſ. *Verùmtamen* , Dom. Antonius
Pichard 2. *p. manuductionum ad praxim , precept.*
2. *numero vigeſimo primo , & vigeſimo tertio*, (qui
numero vigeſimo ſecundo , id rectè limitat cum
Valaſcus quoad beneficium *l. ade* 3. *C. de locato*)
Didac. à Brito *ad rub. de locato 2. part. §. 4. num.* 7.
8. & 9. Philippus Paſchalis *dict. 4. part. capite
ſexto numero decimo quinto , verſ.* Idque verum
fit , *iuncto* verſ. *Quando verò adeſt* , qui *in* verſ.
Sed ſi cum hypotheca , idem cum Natta , & aliis
reſoluit quando cum hypotheca concurrerit
iuramentum; quod tamen ſolum abſque illa
non ſufficeret , iuxta ea , quæ cum multis reſol-
uit Didac. à Brito *dict. §. 4. numero tertio*, Quic-
14 quid * generalem etiam hypothecam cum præ-
dicta clauſula ſufficere , vt conductor à ſingu-
lari ſucceſſore rei locatæ præciſè expelli ne-
queat magis tandem probare videatur Rode-
ricus Suarez *d. verb.* que las cumplades, *numer.*
11. verſic. *Sed certè nullam video* , quem refert
& ſequitur Gregor. Lopez *in dict. l. 19. part. gloſſ.
quinto ad fin.* verſic. *Idem crederem* , qui & ipſe
eandem ſententiam amplectitur , communiorem
dicens , *in l. 73. gloſ. tertio titulo decimo octauo par-
tit.* 5. & ſecurè reſoluunt Ioannes Baptiſt. à
Villalob. *in ærario communium opinionum , littera
A, num.* 140. & Ioannes de Heuia Volaño *in cu-
ria Philippica, 2. part. de iudicio executiuo , §. 11.
numero quinto* , nedum ex eiuſdem Gregorij ſen-
tentia , ſed & Neguſantij, & Anton. Gomez. *vbi
ſupra* qui tamen apertè contrarium verius , &
receptius eſſe concludunt , vt ſuperius diximus
& diſſertat. 14. numero quadrageſimo nono , dum
de vi huius pacti quoad executionem aduerſus
tertium tractauimus , nam & idem in hac ſpecie
locum habet ; quod vltimum ſatis confusè do-
cuit Caldin. Pereira *ſupra* ac cæteri nuper com-
memorati explicuerunt melius , maximè Bar-
boſ. & ab eo relati , & vltra eos Ferdinand.
Loazes , contrarias opiniones mirificè compo-
nens , quem poſt hæc ſcripta vidimus *in repet.
l. filiusfamil. §. Diui , à numer. 168. ad 171. ff.
de legat. 1. inter repetitiones ciuiles nouiſſimæ editio-
nis , volum. 4.* Scapuccinus *dict. tract. de ſucceſ-
ſore ſingulari , limitat. 14. à numero ſeptimo* , &
Auendañ. *de cenſib. capite 85. numero ſexto, verſ.*
Et ſimiliter , *iuncto num. 13. cum ſeqq.* qui etſi
primò in hac ſpecie indifferenter de hypo-
theca loquatur , vnius , & alterius ſententiæ
authores congerens , tamen poſtea generaliter
articulum tractans , receptiori ſententiæ , quæ
ad dominij translationem in quocumque ca-
ſu impediendam , ſpecialem requirit hypo-
thecam cum præfata clauſula , magis acce-
dit.

Cum igitur (vt ad inſtitutum redeamus) 15
in caſu noſtro , quem ſupponimus ; nec pri-
mus conductor in poſſeſſione rei locatæ ſit, vt
eam retinere poſſit , ſed per actionem velit il-
lam auocare à ſecundo , in eius poſſeſſione con-
ſtituto , nec licet poſſideret , & hypothecam
etiam ſpecialem haberet præfata tamen clauſu-
la deſtitutam , poſſet eius virtute retentione vti
aduerſus ſingularem ſucceſſorem in dominio ,
vel vſufructu rei conductæ , iuxta ea , quæ
diximus , multo minus conſequi poterit , vt ſe-
cundus conductor in poſſeſſionem ipſi red-
dat.

Verùm his nihil refragantibus , præfatum
ſecundum caſum reſpectu primi conductoris, 16
qui ſibi de hypotheca proſpexit , veriſſimum
eſſe cenſeo , vt poſſit talis conductor per hy-
pothecariam actionem , domus vel alterius rei
locatæ poſſeſſionem à ſecundo auocare , qua-
tenùs ſibi ad ea fruendum opus eſt , quoniam
regula illa , quòd huiuſmodi actio contra ter-
tium cum effectu non datur ante factam excuſ-
ſionem principalis debitoris , ac fideiuſſorum
eius , inter alias , quas patitur limitationes ,
quas ſupra pro eius exornatione relati latè
proſequuntur , illam habet in propoſito elegan-
tem , * vt locum ſibi non vendicet in tertio 17
rei detentore , qui non ſuo , ſed alieno nomine
poſſidet , vt depoſitario , commodatario , aut
conductore , apud quos tantùm , cùm ſibi non
poſſideant , dicitur res eſſe , non etiam penes
eos , *l. penes te 65.* vbi optimè Alciatus *numero
primo , ff. de verborum ſignificatione* , & poſt alios
Stephanus Gratian. *diſceptation. forenſium tom.
quarto , cap. 737. numer. 9.* ac proinde meritò ad-
uerſus illos hypothecaria actio abſque vlla
præuia debitoris excuſſione dirigi poteſt, vt in
terminis notat gloſ. verborum *debitorum* , in
Authentic. *de fideiuſſor. §. ſed neque* , verſ. *Sed
quid ſi depoſuit , recepta* à Bart. *numero tertio* , &
Angel. *numer. 13. ad finem , verſ.* Sed an contra,
ibidem , Baldo *in princip. in dict.* Authentic. *ſed
hodie , Cod. de obligat. & actionibus* Saliceto *nu-
mero ſeptimo , quæſt. 7. in dict.* Authentic. *hoc ſi de-
bitor. Cod. de pignoribus* Roder. Suar. *ad l. poſt rem
iudicatam , ff. de re iudicata, in declarat. legis Regni,
poſt*

poſt octauam ampliationem , ſiue limit. 1. numer. 14.
verſ. *Faciat ſingulare verbum* , Antonio Gabrie-
le *dict. tit. de fideiuſſoribus , concl. 1. numer. 59. &
60.* Gregorius Lopez *in dict. l. 14. titul. 13. part. 5.
gloſſ. 5. limit. 2.*
18 Quod tamen perperam extendit Parlador. *libro
ſecundo , rer. quotidian. cap. fin. 4. part. §. 5. numer.
12.* receptus à Volaño *in curia Philip. 2. part. §. 11.
num. quarto* , Amatore Roderic. *de execut. cap. 4.
numer.* 55. D. Pichard. *manuduct. ad praxim p. 2.
precept. 2. numer. 11.* verſ. *Quemadmodum*, Alphon-
ſo Guzman *de euict. cap. 11. numer.* 49. ad executio-
nem , quæ virtute publici inſtrumenti petitur ,
quaſi & illa exerceri poſſit aduerſus conducto-
rem , vel alios , debitoris nomine poſſidentes.
Nam qui eiuſmodi inſtrumento nituntur, actio-
nem tantùm perſonalem habent , licèt ſumma-
riam, & executiuam, quæ non alio iure gaude-
re debet, quàm ordinaria actio perſonalis, quæ
porrò ſi hypotheca deſtituta ſit , non poteſt
aduerſus nudum etiam rei detentorem compe-
tere , ergo neque executio , quam conſtat con-
tra tertium locum non habere , vt ipſe Parla-
dor. paulò ante reſoluerat *dict. §. 5. numero primo*,
Volañus , ac reliqui proximè relati , ac nos
diſſert. 14. explicuimus ſub *numero tertio*. Abolita
eſt etenim veterum quorumdam ſententia exi-
19 ſtimantium, * per inſtrumentum publicum, ex
quo executio competit vigore ſtatuti ſic diſ-
ponentis (quale apud nos viget *in l. 1. 2. & 19.
titul. 21. libro quarto , nouæ compil.*) videri conſti-
tum pignus prætorium , ſicut per ſententiam.
Qua forſan ratione Parladorius , & ſequaces ,
quanquam eam non expreſſerint , moti ſunt ;
falſo quidem , quia cùm tale pignus à iure non
conſtituatur , niſi immiſſione facta ex iudicis
decreto , *l. non eſt mirum 29. §. 1. ff. de pignorat.
act.* non poteſt illud cenſeri conſtitutum ex vi
inſtrumenti , quod ſententiæ æquiparatur niſi
20 * in eo adſit obligatio bonorum , & traditio
ſaltim ficta per conſtitutum, vel ſimilem actum,
quemadmodum aduertit rectè Neguſantius *de
pignoribus 8. p. memb. 1. num.* 32.
21 Sed nec verum eſt quod circa notariorum
ſtylum putarunt Bartholomeus Cæpola *in l. quòd
ſi nolit 31. §. quia aſſidua , numer. 40. ff. de ædilitio
edict.* Nic. Boerius *deciſ. 182. numer.* 54. Andr.
Tiraquel. *de retractu conuentionali, §. 3. gloſſ. vnica
numero ſecundo, & In tractatu de iure conſtituti, li-
mitat. 31. numer. 9. & 15.* Matthæus Afflictus *ad
conſtitutiones Neapolitanas , libro primo , rub. 73. no-
tabili* 10. *ſiue à numer.* 13. Nicol. Euerardus *in
locis legalibus . loco 104. ab vſitato , ſeu ſolitis, à nu-
mero tertio* , Didacus Segura , & ad eum Dida-
cus Perez alios congerens *in l. 3. §. fin. numer. 31.
ff. de lib. & poſth.* idem Didacus Perez *ad l. 4. tit. 8.
libro tertio , ordinam. gloſſ. 1. §. probari tamen, verſ.*
Vel dicamus , *pag. mihi 1069. in fin.* Gundiſſal-
uus Paz *in praxi 4. part. tom. 1. capite primo, num.*
12. Anton. Gabr. plures congerens *libro ſexto ,
communium concluſionum , titul. de conſuetud. concl.
3. numero ſecundo , & 35.* Aug. Barboſa *de clauſu-
lis vſu frequent. clauſula 31. numero quinto* , Am-
broſius Maia apud Hippolytum Maia , ipſius
filium , *conſultationum ciuilium part. 1. in allegat.
quæ extat poſt conſultat. 3. numer. 5.* D. Ioannes
Baptiſta Valençuela *conſil. 136. numer.* 13. bono-
rum nempè obligationem , ſimilemve clauſu-
lam , à notario in inſtrumento , ſiue locatio-
nis , ſiue alterius contractus apponi omiſſam ,
eò quod apponi ſemper conſueuerit , perinde
habendam eſſe , ac ſi appoſita fuiſſet ; ducti
* argument. Text. *in dict. §. quia aſſidua* , illic : *ea
enim , quæ ſunt moris , & conſuetudinis , in bonæ fidei* 22
iudicijs debent venire , *in l. ſi prius 17. §. 1.* illic :
*illa autem , quæ ferè in conſuetudine eſſe ſolent , vt
per fiſtulas aqua ducatur , etiamſi nihil ſit compre-
henſum in ſeruitute conſtituenda , fieri poſſunt , ff. de
aqua , & pluuiæ arcendæ actione , l. vt liberis 17.* verſ.
Emancipatis , illic : *ea , quæ in ipſa emancipatione à
parentibus ſuis (vt adſolet fieri) conſequuntur , vel
poſt emancipationem ab eis acquiſierunt , collaturis ;
Cod. de collat. l. fin.* verſ. *Super qua* , illic : *vt ſi res
ſuas ſupponere debitor dixerit , non adiecto tam præ-
ſentes , quàm futuras , ius tamen generalis hypothecæ
etiam ad futuras res produeatur , Cod. quæ res pign.*
iuncta *l. 1. in princip.* illic : *conuentio generalis in pi-
gnore dando bonorum , vel poſtea quæſitorum recepta
eſt , & l. & quæ nondum 15. §. 1.* ibi : *Non ad il-
lam, quæ quotidie inſeri ſolet cautionibus ff. de pignor.*
ac rurſus *in l. fin.* verſ. *Si enim pactis* , vbi & no-
tat Bald. *in ſummario , Cod. de fideiuſſoribus, in cap.
cum M. Ferrarienſis 9.* verſ. *Mandamus* , illic, *vel
fuerit , vel eſſe debuerit , ſicut conſueuit , expreſſum,
de conſtitut. capite ſecundo* , verſ. *Verùm* , illic : *&
in huiuſmodi litteris intelligenda eſt hæc conditio ,
etiamſi non apponatur , & in cap. cauſam quæſt.* 18.
illic : *mandamus , quatenus ipſam intelligentes ibi-
dem , de reſcriptis , & in cap. quòd tranſlationem 4 de
officio legati* , cum aliis relatis ab his, quos pro-
ximè citauimus , & ab Aluaro Valaſco *conſult.
146. numero tertio , cum ſeqq* Nam * & hæc ſen- 23
tentia parùm firmitatis habet , vt animaduer-
tunt rectè , contrariam magis probantes , D.
Præſes Couarru. *var. reſolut. libro primo , cap. 15.
numer. 9. poſt princ.* verſ. *Verùm iſthac allegatio* ,
Olanus *in nona reductione antinomiarum iuris com-
munis , & Regij , litera I , numero 37. & 38.* Par-
lad. *libro ſecundo rerum quotid. cap. 20. numero 12.*
verſ. *Dummodo ſciamus , iuncto* verſ. *Nam contra-
riam* , Valaſcus *dict. conſult. 146. ex numer. 15.*
Felicianus *de cenſibus libro tertio , capite primo ,
numero quarto , §. inter has verò* , verſ. *Et aduer-
ſus illam* , D. Ioanes del Caſtillo *quotidia. contro-
uerſ. tom. 4. cap. 13. numer.* 38. ac poſt alios Do-
minicus Gaito *de credito cap. 4. à numer. 239.
& 2072.* nouiſſimè Hermoſil. *ad Gregor. Lop. in
l. 32. titul. 8. part. 5. gloſſ. 8. numer. 8.* verſ. *Sed his
non obſtantibus* , vt meritò eam communem ſen-
tentiam frequentiùs exploſam eſſe tam à tri-
bunalibus omnibus , quam à ſcholis teſtetur
Anton. Faber *de erroribus pragmaticor. tom. 1. de-
cade 1. errore 1.* nempè ideò (vt idem rectiſ-
ſimè ſubiungit) quòd ſi quid in toto iure cer-
tum , illud ſanè certiſſimum eſt , bona debito-
ris citra * expreſſam conuentionem obligata 24
creditori non eſſe , extra eas cauſas in quibus
placuit contrahi tacitè pignus , vel hypothe-
cam , *toto titul. ff. & Cod. in quibus cauſis pignus ,
vel hypotheca tacitè contrahatur.* Quorſum enim
quærendum eſſet , in quibus cauſis id fieret , ſi
in omnibus , & paſſim admitteretur , eò quod
à notariis adiici ſit conſuetum , contra reg.
Tex. *in l. quicquid adſtringendæ 99. ff. de verbor.
obligat.* cum ſimilibus , relatis à Tiraquel. *d. li-
mit. 31. numero* 11. maximè cùm * expreſſam de 25
ea re conuentionem ius deſideret , nec vllum
eius ſupplementum admittat, *l. Ariſto.* 3. illic :
*non aliter in ius pignoris ſuccedit , niſi conuenerit ,
vt ſibi eadem res eſſet obligata , ff. quæ res pignori*,
Authentic. *de argentariorum contractibus , ſiue
nouella 136. capite quinto , ſiue §. inſuper , verſic.*
Neque

Neque enim, *collat. 9.* illic: *neque enim temerè*
hypothecam dederimus his, qui de ea pactum non fece-
rint, niſi omninò in ſcriptura eorum, quæ in bonis
ſunt, comprobetur facta eſſe mentio, aut ipſi bona
26 *ſua pignori appoſuerint.* Id quod * maximè pro-
cedit ſtante iure noſtro Regio, quo cautum
eſt, nihil aliud à notario in inſtrumento appo-
nendum eſſe, quam id de quo à partibus nomi-
natim rogatus fuerit, *l.9. titul. 19. part. 3. l. 13.*
titul. 25. libro quarto, noua compilat. ac notat Did.
Perez, parum ſibi conſtans *in additione ad Segu-*
ram in dict. l. 3. §. fin. ff. de lib. & poſthum. dict.
numer. 31. verſ. *In foro Cæſaris*, apertius Olanus,
Parladorius, & Felicianus *ſupra*, Azeued. *in d.*
l.13. num.23. verſ. Ex quo reprobatur, *& numer.*
25. & 27. tit.25. lib.4. compil.
27 Poterit quidem conſuetudo, ex aſſidua con-
trahentium conuentione ſumpta, efficere, vt
ſi diſpoſitio ambigua ſit, interpretationem ab
eo accipiat, quod fieri conſueuit, ex regu-
la *l. ſemper in ſtipulationibus* 34. alias 35. *ff. de reg.*
iur. qua ratione procedunt *d. lex ſi prius §. 1. ff.*
de aqua, & aq. plu. arcen. & d. lex vt liberis 17. *C.*
de collat. vt obſeruant D. Couarr. *d. numero* 9.
verſ. *Deindè ambigua*, Valaſcus *vbi ſupra, numer.*
14. & 20. Felicianus *dict. §. inter has*, verſ. *Quod*
28 *verò*, verſ. vel etiam, * vt lege lata, quæ non
minus quam pactum poteſt, conſtituatur, ad
contractus vel actus naturam id, quod ita pa-
ciſci aſſuetum eſt pertinere, ac velut tale præ-
ſtari actione ex eodem contractu, puta vt actio
exempto competat ad duplæ repromiſſionem,
29 quæ * in venditionis rerum non vilium contra-
ctu adeò frequens fuit olim, vt in conſuetudi-
nem tranſierit; quo pertinet Textus *in dict. §.*
quia aſſidua, vt notant, quanquam paulò ali-
ter explicantes, D. Couarru. *dict. numero 9.* verſ.
Sic ea, quæ ſunt, naturalia, Menoch. *conſil. 37.*
numero 20. libro 1. Valaſcus *dict. conſult. 146. nu-*
mero 18. Qui in eo quidem falluntur, quod pu-
tant à lege ſuppleri ſtipulationem, ac repro-
miſſionem illam, à partibus omiſſam, itaut ac
ſi appoſita eſſet, actione exempto ad duplam
præſtandam, euictione ſequuta, venditor te-
neatur, cuius contrarium, niſi ante euictio-
nem ad duplæ repromiſſionem emptor agat,
plane conſtat *ex l.2. l. emptori duplam 37. in prin-*
cip. & §. primo, l ſi dictum 56. ic princip. & aper-
tiùs *ex l. ſi in venditione 60. ff. de euict.* quomodò
melius interpretantur Fulgoſ. Socin. & Galiau-
la, quos refert. & ſequitur Barboſa rectè ex-
plicans *in l. venditor 49. numero quarto, quinto, &*
ſexto, ff. de iud. proſequitur Pereira, alia tamen
adferens iura, quæ id non ita probant, *de empt.*
& vendit. cap. 11. à numero 34. Sed neque id,
quod Couarru. & alij indiſtinctè putarunt, iure
noſtro Regio probatum eſt, nec in praxi re-
ceptum, vt teſtantur Gregor. Lopez *in l.32. gl.*
8. titul. 5. part. 5. Guzman. *de euict. cap. 13. numero*
94. & nouiſſimè Hermoſilla, qui & Barboſæ
ſententiam per omnia probat, *in addit. ad Gre-*
gor. Lopez dict. gloſ. 8. numero primo, & ſeptimo,
& numero 8. circa fin. verſ. Reſpondet etiam. Ita
30 quoque conſuetudo in cauſa fuit, vt * lege con-
ſtitueretur, bonorum obligationem ſimpliciter
factam, tam præſentia, quam futura bona
complecti, quod olim inter partes paciſci fre-
quentiſſimum fuit *dict. l. fin. Cod. quæ res pignori*
(cui apud nos conſonant *lex 5. verſ.* E aun las
que atiende auer, *titul. 13. part. 5. & l. 7. titul. 19.*
libro tertio fori) iuncta *dict. l.1. in princ. & d. l. & quæ*
nondum 15. *§. quod dicitur, ff. de pignor.* proſe-
quuntur optimè vltra ordinarios *ibi*, Neguſan-
tius Fano *de pignor. 2. part. principali, 2. memb.*
per totum, Nicol. Boer. *conſ. 18. numero primo,*
& ſecundo Anton. Faber. *vbi ſupra*, Ac denique
conſuetudo effecit, vt ſanciretur lege * quòd 31
ſi creditor, qui duos, vel plures fideiuſſores
habet, vnum ex his tantùm conueniat, nec ab
eo ſolidum conſequi poſſit, cæteri non libe-
rentur, quominus eos pro reliquo conuenire
valeat, quod olim contrahentium pactis paſſim
cauebatur, quo ſpectat * *dict. lex finalis,* 32
verſ. Si enim, *Cod. de fideiuſſoribus*, idem legi,
vel ſtatuto quod pacto tribuens, iuncta *gloſſ.*
penult. ibi ſimili *gloſſ. vltim. in l. non ſolùm 8. §. fi.*
per Tex. ibi, ff. de noui operis nunciat. gloſſ. in rub.
verſ. Quid autem ſi ſtatuerunt, *C. de decret. de-*
*cur. lib.*10. & vbique communi, quam reſoluunt
Iaſon. *in §. actiones autem, numero ſexageſimo*
ſeptimo, inſtitut. de actionibus Franciſcus Bal-
bus *de præſcriptionib. 4. part. quarta partis, quæſt.13.*
numero ſexto. Nicolaus Euerard. *in locis legalibus*
loco 120. à pacto ad legem, numero primo, nouiſ-
ſimè Auguſtin. Barboſa, plures cumulans, *in lo-*
cis communibus argumentorum, loco 81. à pacto ad
ſtatutum. Gabriel. Aluarez *ad axiomata, & loca*
iuris communia, litter. A, ex numero 490. ad 495.
& in terminis Dom. Couarru. *dict. numero nono,*
verſ. *Similiter*, Valaſcus *ſupra numero decimo nono*
Qua etiam ratione * ſtylus curiæ, vt aliquæ 33
in reſcriptis generalibus, vel ſpecialibus clau-
ſulæ apponantur, efficere poteſt, tales clauſu-
las, quaſi naturales, & neceſſarias illis eſſe,
adeóque ſubintelligi, & pro adiectis haberi,
ſi quando notariorum incuria fuerint omiſſæ,
nam & eo pertinet imprimis, Text. *in dict. cap:*
cùm M. de conſtitut. vbi præ aliis notarunt Ab-
bas *numero quinto* Felin. *numero ſexto.* Decius 5.
notabili, ſub eodem num. alias numero decimo octa-
uo, iuxta nouiorem editionem. Ripa *numero tri-*
geſimo nono. & Mantua *numero decimo ſeptimo* D.
Couar. *dict. numero nono*, verſ. *Et præſertim.*
Valaſcus rationem explicans *dict. conſult. 146.*
num.16. & 17. Ioannes Petrus Moneta *de com-*
mutationibus vltimarum voluntatum, cap. 7. num.62.
Deinde Text. *in dict. cap. 2. verſ.* Verum, *& in*
dict. cap. cauſam quæ 18. verſ. Mandamus, *de re-*
ſcriptis, & in d. cap. quod translationem 4. de officio
legati, cum ſimilibus relatis à Tiraquel. *dict.*
limitat. 31. numero nono. Anton. Gabriel. *dict.*
libro ſexto, titul. de conſuetud. concluſ. 3. numero
ſecundo. Auguſtino Barboſa *d. clauſula 32. nu-*
mero primo, & ab aliis, à nobis ſupra congeſtis
numero vigeſimo primo, proſequiturque præ cæ-
teris optimè Dom. Molin. *de Hiſpanor. primogen.*
libro quarto, capite ſeptimo, Facit enim * ille ſtylus 34
ius, omnino in iudiciis ſeruandum, vt & con-
ſtat *ex l. fin.* illic: *aliáque omnia, quæ in huiuſmodi*
cauſis de more procedunt, ſolemniter obſeruare de-
cernimus, Cod. de iniuriis, cap. ex litteris 11.
verſ. *Quia tamen*, vbi notarunt Abbas *numero*
ſexto, Felin. 4. Decius *notabili 7. ſiue à numero*
vigeſimo ſexto, illo titul. de conſtitut. & ex capite
ſecundo, de iurament. calumniæ, cum ſimilibus iu-
ris locis, ex quibus id ita deduxerunt, optimè de-
clarantes. Guid. Papæ *quæſt. 119. numero primo*
ad medium, & quæſt. 198. numero Secundo, Rebuf.
tomo tertio, commentar. ad leges Gallicas, tract.
ſeu titul. de conſuetud. artic. 2. gloſ. 15. numero vige-
ſimo ſecundo, Boerius *de authorit. magni conſilij,*
num. 170. Henricus Bouerius *ſingul. 34. numero*
tertio,

tertio, Hippollyt. Marſilius *ſingul.* 118. Marcus
Anton. Cuchus *maiorum inſtitutionum libro primo,*
titulo octauo, per totum, Rota Genuenſis *deciſ.*
206. numero tertio, Octauianus Cacheranus *de-*
ciſ. Pedemontana 22. numero ſexto & ſeptimo, Io-
ſephus Ludouic. *deciſio. Lucenſi 36. numero nono,*
10. 23. & 31. cum ſeqq. Flaminius Pariſius *de re-*
ſignat. beneficiorum, libro primo, quæſt. 2. numero
octauo, & libr. 10. quæſt. 2. numero decimo quinto,
Hieronym. Gonçalez poſt alios, quos conge-
rit, *ad regulam octauam Cancellariæ in procemio*
§.7. num. 136. Nicolaus Garc. *de benef. 1. part.*
capite quinto, in princip. numer. 87. & part. 11. capite
quinto §.2. numer. 154. Bernardus Greuen. *pract.*
concluſionum ad obſeruationes Andreæ Gaillij libro
primo in procemio, à numero octuageſimo ſecundo,
Camillus Borrellus *in ſumma deciſ. p.1. titulo de-*
cimo quarto, de conſuetud. à numer. 104. Sanchez
de matrim. lib.3. diſputat. 29. numero 17. ad fin.
Emanuel Barboſa innumeros cumulans *ad or-*
dinationes Luſitanas lib. 3. titul. 64. in princip.
35 *num.*1.
At non itidem notariorum conſuetudo circa
aliquot apponendas clauſulas in inſtrumentis
contractuum, efficere poteſt, vt ſi illæ reuerà
non ſint adiectæ, pro adiectis habeantur, vt
Dom. Couarr. Valaſcus, Felicianus, Anton.
Faber, & alij ſupra à nobis laudati, rectiſſimè
obſeruarunt, niſi ex his ſint, quæ ad naturam
contractus pertineant, nempe ad id partem
36 obligantes, ad quod aliàs ex natura contra-
ctus tenebatur, puta * vt venditor rem vacuam
emptori tradat, *l.1. in princip. l.2. §.1. cum ſequenti*
& l. ex empto 11. §. & imprimis, ff. de actioni em-
pti, vt euictionem, ac ſimilia præſtet, *d. §. &*
imprimis, cum duobus ſeqq. ſecus ergo erit, ſi
37 clauſulæ pertineant ad accidentalia contractus,
ſiue ad extraneas partium conuentiones, puta
hypothecæ, ſiue obligationis bonorum, con-
ſtituti, & ſimiles, quæ licet à notariis ſolitæ
ſint apponi, at in mero conſiſtunt facto,
38 quod * nec ius præſumit, *l. in bello 12. §. facta,*
ff. de captiuis, cum relatis à Menoch. *de præ-*
ſumpt. libro tertio, præſumpt. 14. numero primo,
Maſcard. *de probat. libro ſecundo, concluſ.* 732.
Mantica *de coniectur. vltim. volunt. libro ſecundo,*
titulo primo, numero quarto, & titul. 12. numer. 22.
Flaminio Pariſio *de reſignat. benef. libro vigeſimo,*
quæſt. octaua, à numero quadrageſimo tertio, tomo
ſecundo, Cardin. Tuſcho *practicarum concluſ. to-*
mo ſecundo, litera F, concluſ. 10. nec iudex ſup-
plere poteſt, iuxta ea, quæ Gloſſæ & Docto-
res communiter notarunt *tam in l. 4. §. hoc au-*
tem iudicium, vbi præ aliis optimè Alexand. la-
tè limitans, maximè *à numero ſexto, ff. de dam-*
no infecto, quam *in l. age cum Geminiano 3. Cod.*
de tranſactionibus, & in l. vnica, vbi optimè Bald.
numero decimo tertio, Cod. vt quæ deſunt aduoca-
tis, Iacobus Concenatius *quæſt. iur. libro primo,*
quæſt. prima, numero 30. Nicolaus Bellonus *libro*
ſecundo ſupputat. capite 10. Ioannes Baptiſta A-
ſin. *de execut. §. 3. capite vigeſimo quarto, & §.24.*
cap. decimo ſeptimo, Octau. Cacheranus *id limitans*
deciſ. prima, numero vigeſimo quarto, Peguera *de-*
ciſ. 1094. numero 10. Donellus *commentar. iur. ciu.*
libro vigeſimo ſexto, capite tertio, & ad eum Oſ-
uald. Hillig. *litera C*, Sigiſmund. Scaccia *de iu-*
diciis libro ſecundo, capite ſeptimo, numero trigeſimo
quarto, & poſt alios Carolus de Graſſis *in tract.*
de exceptioni. except. 10. à numero ſexto. Proinde
clauſulæ illæ non poſſunt, ſi omiſſæ ſint, nec
de partis, cuius intereſt, voluntate alioqui ap-
pareat, pro oppoſitis haberi, argument. legis
non aliter 69. ff. de legat. 3. ſed ſolum cum reuerà
appoſitæ inueniuntur à notario, ex partium
voluntate proceſſiſſe cenſentur, * quia vide- 39
tur ab his rogatus notarius, vt clauſulas con-
ſuetas apponat, vt argument. Text. *in d. §. quia*
aſſidua, & in d. l. finali, Cod. de fideiuſſoribus,
cum ſimilibus, longè melius notarunt Bald.
numero primo, in eadem l. fin. Felin. *num. 6.* verſ.
Et quia, Decius *numero vigeſimo ſecundo*, Ripa *nu-*
mero 43. Mantua *numero decimo octauo*, & alij *in*
dict. cap. cùm M. Ferrarienſis, idem Decius *in l.*
ſemper in ſtipulationibus 34 numero nono, verſ. Et
notarius, *& numero vndecimo, ff. de reg. iuris,*
Catellianus Cotta *in memorabilibus iuris, verbo no-*
tarius ſimpliciter, Tiraquellus plures congerens
de iure conſtituti, d. limitat. 31. numero ſeptimo,
& octauo, latè Anton. Gabr. plures quoque cu-
mulans, *libro 6. communium concluſionum titul. de*
conſuetudine, concluſ. tertia & quarta per totas, D. Fer-
dinandus Menchaca *controuerſiarum illuſtr. libro 1.*
capite 43. numero 26. & de ſucceſſionum creat. §. 6.
numero 53. verſ. *Denique is tabellio*, Dominus Lu-
douicus Molina *de Hiſpan. primogen. dict. libro 4.*
cap. ſecundo, numero 51. Didacus Perez *ad l. 1. gl. 1.*
quæſt. 17. titul. quinto, libro ſecundo ordinamenti, Aze-
uedus *in dict. l. 13. titul. 25. libro quarto, compilat. nu-*
mero 23. in fin. & numer. 24. 27. & 28. Matiençus
ad l. 1. titulo quarto, libro quinto, nouæ compilat.
gloſſ. 10. num. 63. ad finem, & num. 65. Maſcardus
de probat. tom. 1. dict. concluſ. 299. à numero de-
cimo, & tomo ſecundo, concluſ. mihi 1102. numero
vltimo, & concluſ. ſequenti, per totam, Menoch.
de præſumpt. libro tertio, præſumpt. 43. maximè *à*
numer. 5. idem *conſ. 37. à numero trigeſimo*, maximè
num. 70. & 93. & conſ. 87. à numer. 45. libro primo,
& conſ. 323. num. 23. libro quarto, Seraphinus *de*
priuilegiis iuramenti, priuileg. 22. à num. 90. Fran-
ciſcus Viuius *deciſ. 397. num. 33. libro ſecundo, &*
d. deciſ. 518. numer. 2. lib. 4. Carolus de Graſſis
de exceptionibus, except. 10. num. 35. & 36. Ale-
xand. Trentacinquius *d. reſolut. 3. de præſumpt.*
numero primo, in princip. Auguſtin. Barboſa *dict.*
clauſula 32. numero quarto, Hermoſilla *ad Greg.*
Lopez. in d. l. 12. titulo quinto, part. 5. gloſ. 8. numero
nono, verſ. *Clauſula autem*, Dominicus Gaito
de credito cap. 2. num. 234. & 235. iuncto num. 255.
tametſi plerique ex his in alium ſenſum eam re-
gulam detorqueant. Accedit his, * quod imò 40
abuſus notariorum in apponendo huiuſmodi
clauſulas, partibus regulariter non nocet, vt
notarunt Bartol. in clauſula codicillari loquens,
in l. 1. quæſt. 6. ſiue num. 10. in fin. ff. de iure codicillo-
rum, Bald. & alij relati à Tiraquel. *dict. limi-*
tat. 31. num. 12. & ad l. ſi vnquam Cod. de reuocan-
dis donat. in præfat. num. 172. & 173. D. Molina
d. cap. 2. num. 43. & poſt alios Dom. Ioannes
Baptiſt. Valençuela *conſ. 3. num. 52. & conſ. 15.*
numer. 47. libro primo, id quod eo ſaltem caſu
verum eſt, quo clauſulæ illæ, vt dixi, adiectæ
reperiuntur, & inſuper earum iuſtam ignoran-
tiam partes prætendunt, puta ex eo, * quod
non ſit illis lectum inſtrumentum, vt in termi- 41
nis clauſulæ, de qua Bartol. loquitur, docuit
eleganter Ioannes ab Imola *in l. filio præterito 17.*
num. 19. circa fin. verſ. Sed puto, quod non
benè, *ff. de iniuſto rupto*, receptus ab Alexan-
dro *conſ. 142. num. 10. in fine, verſ.* Subdit etiam,
& numero vndecimo, libro ſecundo, atque aliis in
locis, relatis à Maſcard. *de probat. concluſ.* 300.
clauſula

clauſula codicillaris an præſumatur, *num*. 2. *libro* 1. & ex eorum, & aliorum mente generaliter aduertit, contrarias opiniones concilians, Dom. Molina *d. cap*. 2. *num*. 51. idémque in effectu reſoluunt cum pluribus Thadeus Piſo Soacius *variar. reſolut. libro tertio*, *cap*. 3. *num*. 17. Auguſtin. Barboſa *de clauſulis*, *vſufrequentioribus*, *clauſula* 21. *num*. 3. & 4. quanto ergo minus tales clauſulæ omiſſæ, pro adiectis haberi debent? vt multò verius docuit Alexand. *conſ*. 28. *à numero ſecundo*, *libro ſecundo* & poſt alios Neguſantius quanquam parum firmiter, *de pignoribus* 1. *membr*. 3. *partis*, *numero vigeſimo ſexto*, *verſ*. Et pro concluſione, *numero vigeſimo ſexto*, optimè Vincentius de Franchis *deciſ*. 301. *num*. 8. iuncto *num*. 4.

42 Supereſt itaque, ſecundum caſum ſupra propoſitum de primo conductore hypothecam habente, vt eius ratione præferatur ſecundo, in rei locatæ poſſeſſione conſtituto, itaut ipſum ab ea expellere valeat, veriſsimum quidem eſſe; qui tamen in ſpecie præcedentis diſſertationis verificatus non eſt, neque enim in prioris locationis inſtrumento; prout mihi propoſitum eſt in facto, hypothecæ clauſula interuenit, imò neque vlla alia ex apponi ſolitis, ſed ſola ſimplex locatio, à partibus ordinata, & conſcripta, ac poſtea tabellionis ſigno, & authoritate roborata, vnde meritò pro ſecundo conductore Senatus pronunciauit, ob defectum actionis primi, cuius contrarium iudicaſſet, ſi clauſula illa adfuiſſet, dum ex aduerſo liquido non oſtenderetur, locatore inſcio eam fuiſſe appoſitam, ob non lectum illi inſtrumemtum, vel quid ſimile, iuxta ſuperius reſoluta.

43 Quanquam euenire aliquando poſſit, vt prior conductor, etiam hypothecam habens, imò & poſſeſſionem, ſi ab ea ceciderit, non poſsit rem conductam à ſecundo conductore in eius poſſeſſione conſtituto auocare, vt in ſpecie, quæ me iudice agitata eſt in Granatenſi prætorio inter Aſſenſium Oſorio, & Blaſium Martinez bibliopolas, nam cùm Aſſenſius domum quamdam, proximam Archiepiſcopali, conduxiſſet à domino in annos quatuor, & paulò poſt Archiepiſcopus eam velut neceſſariam ampliationi domus ſuæ, quæ ad habitationem familiæ ſufficiens non erat, ſibi à iudice pro eadem mercede concedi obtinuiſſet, idemque poſtea neceſſitate ceſſante, domus ceſſionem faceret in dictum Blaſium, qui eam rursùs à domino in emphyteuſim vitalem accepit, litem huic mouit dictus Aſſenſius, locationis ſuæ inſtrumentum, quod ſolenniter factum erat cum clauſula hypothecæ, & aliis firmiſſimis, coram iudice proferens, cuius virtute contendebat, Blaſium à domo expellere pro reliquo tempore trium fermè annorum, quo ob relatum impedimentum ea fruitus non eſt, & cùm nihilominùs iudex pro Blaſio pronunciaſſet, eum ab impetitione actoris abſoluens, hic ad Granatenſem curiam prouocationem interpoſuit, vbi ordinarij ſententiam tamquam iuri conſonam confirmandam duximus tam in gradu appellationis 10. die Iulij anni 1630. quàm ſupplicationis 20. Decembris eiuſdem anni, licèt enim quatuor anni, pro quibus primo conductori locatio facta fuerat, nondum eſſent

Deciſio incidens Granatenſis prætorij.

44 emenſi, adeóque * illi ſupereſſe videretur actio etiam aduersùs ſequentem conductorem ratione hypothecæ, iuxta ſuperius tradita *num*. 17. ad refectionem, ſeu ſupplementum reliqui temporis, quæ ſolùm eo lapſo denegatur, & ad intereſſe tantùm actio competit contra dominum, argument. Text. *in l. quæſitum* 37. vbi notat Florianus de Sancto Petro, *numero primo*, *verſic*. Et idem ſi dominus, *ff. de vſufructu*, & *in l. ſi vſusfructus mihi in biennium* 6. verſic. *Vt petit quidem*, vbi notat Bartol. *numero quarto*, *ff. de vſu*, & *vſufructu legato*, idem Bartol, *in l. ſi vno* 17. §. *item cùm quidam* 1. *numero nono*, *verſ*. Aut quis promiſit operas certi temporis, *ff. locati*, & *in l. ſi prius* 15. *quæſt*. 10. *ſine n*. 30. *in fin. ff. de noui oper. nunciat*. ac rurſus *in l. ſi ita ſtipulatus* 14. *n*. 2. per Tex. ibi. *de verbor. obligat*. Abbas Panormit. *num*. 9. *in cap. fin*. per eum quoque Tex. *de iudiciis* Carolus Ruinus *conſ*. 27. *num*. 8. *lib*. 4. & poſt alios latè Vincent. de Franchis, & ei addentes *deciſ*. 419. & 431. ac nouiſſimè Amendola *in additione ad ipſum Vincentium deciſ*. 406. *num*. 4. Aluarus Valaſcus *conſultat*. 155. *ex num*. 4. *tom*. 2. Guzman *de euictionib. quæſt*. 24. *num*. 26. Don Franciſc. Salgado *de Regia protectione vi oppreſſorum*, *part*. 4. *cap*. 11. *num*. 54. *iunctis duobus præcedentibus*, nouiſſimè Auguſtinus Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. primo*, *cap*. 39 §. 2. *num* 177. *poſt medium*, verſ. *Vnde Abbas*, hinc * vtiliter inferen- 45
tes ad temporales officiorum electiones, vt certi ac deſignati termini limitationem habeant puta pro hoc anno, vel proximè ſequenti, & facto alicuius iniuſtè ſit impeditus electus pro toto illo anno, vel alio deſignato tempore vti officio ad quod electus eſt, tantùm poſſit ceſſante impedimento, pro eo, quod ſupereſt, officij vſum prætendere, nec petere redintegrationem pro tempore præterito, ſed ad intereſſe tantum agere contra iniuſte impedientem, confert, * 46
& Text. *in l. Thais* 41. §. *intra certa tempora*, *ff. de fideicommiſſar. libertat*. vbi cum tempus eſt taxatum alicui actui, poteſt ille perfici intra illud tempus, non verò poſt, & quod per eum Text. & alia iura reſoluit Matthæus de Afflict. *deciſ*. 73. *numero tertio*, & ad eum Cæſar Vrſillus, & alij addentes. Nihilominus in propoſito locationis caſu verius eſt, etiam intra terminum quatuor annorum agi non potuiſſe ad ſupplementum aduersus Blaſium, qui non ſimplex conductor fuit, itaut aduersùs eum, velut nomine domini poſſidentem recta via abſque illius excuſſione hypothecaria actio. Aſſenſio primo conductori ex inſtrumento competens; intentari poſſet, ſed ad longiſſimum tempus, * nempè ad duas vitas, quo caſu ne- 47
dum poſſeſſionem proprio nomine acquiſiuit, ſed & vtile dominium; atque ita ſuccedit regula, prohibens hypothecaria actione aduersùs tertium poſſeſſorem agi, antefactam excuſſionem contra debitorem principalem, ex his quæ hactenus lato ſcripta ſunt calamo. Proinde meritò ius ſuum Aſſenſio aduersùs locatorem reſeruare ſatius viſum eſt, quippe aduerſus quem iure agere potuit, vt in id omne condemnaretur, quod ipſius conductoris intereſſet, prout
* in ſimili caſu in Sabaudiæ Senatu iudicatum 48
fert Anton. Faber *in codice ſui nominis lib*. 4. *tit*. 42. *de locato definit*. 1. *verſ*. Placuit.

DISSERTATIO XXI.

De creditore hypothecario ex chirographo in iure recognito, an præferatur creditori hypothecario ex inſtrumento publico poſteriori à die recognitionis, & obiter an, & quando forma ſubſtantialis per legem inducta cenſeatur, ita vt actus aliter geſtus nullus ſit? *Ad l. ſcripturas* 11. *Cod. qui potiores in pign. hab. l.* 31. *titulo* 13. *part.* 5.

SVMMARIA.

1 *Facti ſpecies refertur.*

2 *Chirographum à parte ſubſcriptum, licèt teſtibus munitum non ſit, ſi tamen per partem recognoſcatur, plenè contra eam probat, & publici inſtrumenti vim habet in fauorem creditoris, eiuſve heredis, reſpectu perſonalis actionis.*

3 *Reſpectu tamen actionis hypothecariæ vim ſuam non porrigit contra tertium, hypothecæ ius habentem ex inſtrumento publico, etiam poſteriori, niſi trium teſtium virorum, probatæ, atque integræ fidei, & opinionis ſubſcriptione, & recognitione munitum ſit.*

4 *His deficientibus, etſi recognitum ſit à parte, ei ſoli non verò creditori hypothecario ex inſtrumento publico, etiam poſteriori præiudicare nonnulli affirmarunt.*

5 *Forma à lege præſcripta non ſeruata actus corruit, etiamſi aliàs legis ratio ceſſet, aut idem effectus ſequatur*, & n. 35.

6 *Chirographum non munitum ſolemnitatibus legis ſcripturas* Cod. qui potiores, *non præiudicat quoad prælationem creditori hypothecario ex inſtrumento publico etiam poſteriori, eo quoque caſu ex nonnullorum ſententia, quo is in ipſo inſtrumento fateatur hypothecam anteriori factam.*

7 *Forma à lege introducta per partem renunciari nequit.*

8 *Ratio legis vbi militat, & legis diſpoſitio militare debet; quæ reg. aplicatur diſpoſitioni* legis ſcripturas, in 2. par. C. qui potiores, *iuxta inductionem Donelli.*

9 *Res inter alios acta, aliis nec nocet, nec prodeſt.*

10 *Quæ regula, & in confeſſione, ac recognitione locum obtinet.*

11 *Debitoris in poteſtate non debet eſſe, confeſſione aut recognitione ſua tam creditores, quàm iuris diſpoſitionem fraudare.*

12 *Creditor hypothecarius poſterior, de cuius vera numeratione debitori facta conſtat, an præferatur priori, qui tantum habet confeſſionem debitoris? &* à num. 60. maximè 65.

13 *Dotis augmentum ab vxore conſtante matrimonio factum marito, ſimile donationis incrementum facienti, in fraudem creditorum mariti factum cenſetur.*

14 *Confeſſio debiti eò magis in creditorum fraudem facta cenſetur, quò maioris quantitatis fuerit.*

15 *Chirographum, certam debiti cauſam non continens, non prodeſt nedum quoad hypothecariam actionem, ſed nec quoad merè perſonalem.*

16 *Liber rationum, certam debiti cauſam non continens, ſcribenti non præiudicat, ſi aliunde de debito non appareat.*

17 *Senatus deciſio refertur.*

¶ *Creditor prior hypothecarius ex chirographo legitimè in iudicio recognito, præfertur poſteriori ex inſtrumento publico.* ibid.

18 *Caſus ſub mente, & ratione legis comprehenſus, ſub eadem lege contineri dici poteſt.* ibidem.

19 Leg. ſcripturas 11. *verſ*. Sin autem, iuncto Niſi fortè, *vera, & fundamentalis ratio traditur*, & num. ſeq.

20 *Repetere diem idem eſt, quod retrorsùs petere, ſiue (vt loquuntur vulgò) datam anticipare.*

21 *Repetitio ſeu prælatio diei fieri nequit, vbi chirographum munitum eſt ſolennitatibus* leg. ſcripturas 11. verſ. *Niſi fortè*, C. qui potiores, *& quare?*

22 *Chirographum, etſi non ſit munitum ſolennitatibus* leg. ſcripturas, verſ. *Niſi fortè*, C. qui potiores, *eumdem tamen effectum habebit præferendi hypothecarium creditorem ex eo, creditori ex inſtrumento publico poſteriore, ſi in eo ceſſet præſumpta fraus repetitæ, ſeu prælatæ dici.*

23 *Cùm authoritate iuduciaria ad inſtantiam creditoris hypothecarij recognitum eſt, ac poſtea debiter ſe in alterius fauorem ſub hypotheca bonorum in publico inſtrumento obligauit, ceſſat fraudis præſumptio, & quare?* & num. 67.

24 *Sola debitoris ſubſcriptione, ac recognitione ſuffultum, plenè aduerſus eum probat quoad actionem merè perſonalem.*

25 L. ſcripturas 11 C. qui potiores, *partium in numero plurali mentionem ideò facit, quod cum de ſcripturis in numero plurali loquatur, quæ ad plures, ac diuerſos contractus referuntur, neceſſe eſt, quod plures, ac diuerſæ ſint partes, in qualibet autem ſcriptura ſufficit debitoris ſubſcriptio, niſi contractus eſſent reciproci.*

26 *Recognitio nihil aliud eſt, quàm per relectionem approbatio.*

27 *Vim confeſſionis habet, adeoque pleniſſimam inducit probationem, quæ refelli nullo modo poteſt.*

¶ *Scriptura priuata plenè contra ſcribentem probat. In quam rem plura iura citantur*, ibidem.

28 *Id non tantùm accipiendum eſt de priuata ſcriptura teſtibus legitimè comprobata, ſed de ea multò magis, quæ per ſcribentem in iudicio recognita fuerit, aut ſaltem non impugnata.*

29 L. 114. verſ. *E eſto ſe entiende*, & l. 119. poſt princ. tit. 18. part. 3. *expenduntur, & quod per eas Greg. Lop. docuit.*

30 L. ſcripturas 11. in 1. p. C. qui potiores, *ſpecialiter loquitur de chirographo, ex ſola partis recognitione aduerſus eam reſpectu perſonalis actionis vires ſumpturo.*

31 *Eodem modo procedit reſpectu realis actionis aduerſus eum exercendæ, qui in chirographo faſſus eſt, alterius ſe rem penes ſe habere, eiuſve heredem, aut contra fiſcum, cui ex illius delicto bona applicata fuiſſent.*